

Zf  
58a

Rou

Kochzeit  
Fabian -  
Schmalf.

Amstade 1651









AP

*Pietate, &*

**A N  
T**

**Arnstadien**

**nam Typograph**

**Speciatissimorum, d**

**huc benè merentium**

**Fratru**

*Honestissimæ*

**GERTRU**

**DINÆ, VIRI int**

**ORGII OTTO**

**Bremensis quo**

**Nuptias ipsis**

*Faustum & felici*

**Excusi ARN**

*Halle XXIV*





Universitäts-  
Bibliothek  
Halle

4290358 (vv.)

Σὺν Θεῷ.

APPLAUSUS VOTIVI,

quibus

VIRO

X 2120650

*Pietate, virtute & eruditione prestanti,  
Domino*

# ANDREÆ TATIANO

Arnstadiensi, p. t. correcturâ officinam  
Typographicam Virorum Amplissimorum,  
Speciatissimorum, deq; republ. literariâ optimè meritorum & ad-  
huc benè merentium, DNN. JOHANNIS & HEINRICI STERNIORUM  
Fratrum magna fide & industria regenti,  
SPONSO,

&  
VIRGINI

*Honestissima reliquisque sexus sui dotibus ornatisima,*

## GERTRUDI SCHMALFEL- DINÆ, VIRI integerrimi ac Spectatissimi DN. GE. ORGII OTTONIS Schmalfelden / Episcopatus Bremensis quondam præfeti p. m. filix relictx unica,

SPONSÆ,

Nuptias ipsis Idibus Julij, anno post natum Christum  
CIC IIC LI. celebraturis,

*Faustum & felicissimum conjugium absentes-presentes precantur  
Favores, Affines, Amici.*

---

Excusi ARNSTADIÆ typis PETRI SCHMIDII.

*Handwritten notes at bottom left, including 'X 2120650' and '4290358'.*

*Handwritten note at bottom right: 'Tabularius'.*





Pan 44 58<sup>a</sup> AK

1946K 761







Fati series! o permutatio mira!

Tres nobis misit Saxonis ora Viros.

*a* SEIFFARTUM Aula tenet, Schola *b* STECHANIMUM,  
ac HEREMANNO *c*

Consule nunc gaudet Curia nostra suo.

O fati series! o permutatio mira!

Et tres Saxonibus det Melapyrga Viros,

*d* Brunopolis Fürnekranzum primo ordine Mystam,

*e* Fidlerum Hemipolis (pectora chara,) fovet.

Nunc Correctorem, Sponsum, Mystamque futurum,

*f* Lunæburga sibi te, TATIANE, dicat.

Vivite felices seu vos Thuringia nostra,

O magni, aut teneat Saxonis ora, Viri.

Terra DEI nostri est, & Civis quisque JEHOVÆ

Qua statione fiet, qua fiet ille loco.

Et TATIANE tuæ Patriæ non gloria parva,

Fac extra Patriam crescat ut illa magis.

*a* Jacobus Seiffart Quedlinburgensis, in aula Arnstadianæ  
Consiliarius.

*b* M. Andreas Stechanus, Scholæ Arnstadianæ Rector.

*c* Hermannus Meineccius, Consul Reipublicæ Arnstadiensis, ambo  
Sympatriotæ ex Episcopatu Hildesheimense.

*d* Nicolaus Firnekranz Plaviensis, Arnstadio - Schyvarzburgicus,  
Primarius Pastor Brunsvigæ.

*e* M. Ludovicus Fiedlerus Arnstatensis, Pastor Primarius Halbersteti.

*f* Andreas Tatianus, Sponsus.

*Hoc quidem Ἰορὴν ἑὸν δῶς sed tamen εὐφίμως  
ex sincero quo Dn. Sponsum presentem  
prosecutus est, & absentem adhuc prose-  
quitur amore scripsit*

M. NICODEMUS LAPPIUS  
Pastor & Superinten-  
dens Arnstatensis.

A 2

Olim



**O**lim noster eras, dum te Schola nostra docebat  
artes ingenuas discipulum ingenuum.  
Haecenus & noster mansisti verus amicus,  
ceu tua testata est, mi *Tatiane*, fides.  
Porro noster eris, tua ni *Gertrudis* amica,  
creptum nobis, te velit esse suum.  
Et volet; atque velit! velit & pater alter Olympi!  
vincula qui casti nequit amica fori.  
Ille tibi societ, sociatam firmet & idem,  
firmatam ille tibi servet amicitiam.  
Servet & extendat per sæcla futura renatam  
natis natorum, prole subinde novâ.  
Sic, *Tatiane*, tuum fulgebit nomen in orbe  
Saxonico, & fama perpete majus erit;  
urbes dum *Luna* superabit *Burga* minores,  
cumq; suis *Stellis* lumina *Luna* dabit.

*Ita precatur ex animo*

**M. Andreas Stechanius,**  
Beinheimio Saxo: Scholæ Arn-  
stadianæ Rector.

---

Salve ter, *Taciane*, ad finem gloria salve!  
Salve perpetuum, perpetuumq; vale!

**Q**ua transmissa mihi retulit tua epistola nuper,  
(plus quàm, crede mihi, charior ære fuit)  
Me legisse scias animo gaudente, nec aures  
Fama allapsa meas, qua magis grata, fuit.  
Nempe venit pergrata dies, qua ducitur uxor  
Iure tibi sacro consocianda tiori.  
Dumque Epulas suetis instauras moribus, inter  
me quoq; convivas concupis esse tuos.  
Appetis atque rudis tenuissima carmina *Musa*,  
queis tadas ornem, s'avis *Amice*, tuas.  
O utinam voto, pietas quod poscit, utriusque  
respondere mihi copia suppeteret!

Nemi-



*Neminem ad officium me promptius ire videres  
 ô penitus toto corde recepte mihi!  
 Ast locus & tempus, pariterq; negotia votis  
 opponunt nostris invidiosa pedem.  
 Quod verò antiqui nequaquam oblitus amoris  
 ad tua me thalami festa venire petis,  
 Ingentes perago toto de pectore grates,  
 & mea nunc votis occino vota tuis.  
 Conjugium mündum, foecundum, ex asse secundum  
 Summus det vobis, qui regit astra DEUS.  
 Una fides, mens una, cor unum, ac una voluntas,  
 unus utrumq; liget lectus, et unus amor.  
 Tot bona, tot paces, tot sustentacula vita  
 det quot ros stillas, dulcis & imber habet.  
 Nestoris ô annos, nec non numerate nepotes  
 multos, ac tandem regna tenete poli!  
 His precibus junctis omnes, votisque precamur,  
 audiat hoc clemens TRINUS & UNUS, AMEN!*

ANAGRAMMATISMUS.

I.

ANDREAS.

1. AN ARDES? 2. DANARES! 3. ANDARES?

**A**N sociali ardes, Tatiane Adfinis, amore?  
 Dum Sponsam ducis, quæ ardet amore tui.  
 Unde moras, dicit tua Sponsula, rumpito, Sponse!  
 atq; Cor, Os; nares da mihi; quæq; potes.  
 Fallor an ista dares? animus num fortè recusat:  
 Da modò, dum svadet talia castus Amor.  
 Nox brevis est, lux longa, sed o quàm maxima amoris  
 flamma! hanc cor, nares, os abolentq; bene.

II.

TATIANVS.

1. TANTA VIS. 2. VT SANATI. 3. VT SANAT, I!

**T**Antane vis ingens est conjugialis Amoris?  
 Tanta ea, quod Simson, Delila, Sara probant.

Quid?



Quid? placidè mulcet Neonymphum vulnera cordis,  
Vt sanati abeant sic bene dante DEO.

Hinc Amor ut sanat morbos cum molliter ægris;  
Sponse ita amore ardes, i! tua Sponsa juvat.

Levicula hæc honoris, amoris & congratulationis g.

Dn. Affini suo dilectiss. mittit

MAURIT - CHRISTOPHORUS STIDA

Ellobii & Wölffershusii in patria pastor.

Andreas,  
Ἄνδρ' τῆ ἀνδρῶς,  
vel, ab  
ἀνδρείᾳ,  
virilis, robustus,  
männlich / tapffer.  
Præsta igitur te  
VIRUM 1. in  
Professione Theo-  
logica.  
2. Disciplina do-  
mestica.  
3. omnimoda An-  
gustia.  
Vide Hoerm. festal.  
L. 8. Laborem sa-  
crorum Continuat.

**D**iceris ANDREAS animosus, strenuus, atque  
magnanimus, fortis; nomen & omen habens:  
quandoquidem vivis peregrinis semper in otis,  
atque Tibi ne nunc patria rura placent.  
Laudibus ergo mihi, nec non decorandus honore,  
Patriæ & es charus, charior esque DEO.  
Nam sine honore manet patria sub sede Propheta:  
Vatibus ergo bonis est ubicunque bene.  
Est domi ubique Bonus, Sapiens non exulat usquam;  
omne solum FOR TI Patria, & omne salum.  
Exilium est, ubicunque malè est; Patria est, ubi contrà:  
patria ubique bonis, exiliumque malis.  
Inde tibi grator de Conditione peregri,  
ac de Conjugio: sit tibi svave, precor.

HART - sum - MANNUS ego, Populum qui no-  
mine vinco,

PRÆCEPTOR primus, mi Tatiane, tuus:

PRÆCIPiens rursum: laudes ingentia Rura,

exigua } Uxor is gnaviter arva colas.  
angusta }

Breit }  
Schmal }  
feld.

*Ad Dn. Sponsum, amicum intimum.*

**D**Vrum est, amicum vivere svaviter  
non posse, cum quo, svaviter anxiam  
ut transigat vitam per illum,  
sancit amicitiam perennens.

Dat



Dat svavitatem colloquium quidem  
per litteras : at non satiatur hoc  
ardens amor sinceri amici,  
pectora fervida non quiescunt.  
Mutare sed quis consilium potest  
summi Jehovæ : pro sapientia  
disjungit hunc is saepe ab illo,  
invideat quasi svavitatem hanc.  
Laudo hinc, AMICAM quod Tibi jungere  
visum sit aptum ac utile, quæ Tibi  
prasens ubivis nuptiali  
foedere juncta dolore vitam,  
mærore pectus liberet anxio,  
quæ sit levamen dulce laboribus,  
assatu & aspectu suavi  
gaudia mille Tibi ferendo.  
I nunc ad aram, dulceque vinculum  
consumma amoris: sit benedictio,  
quam desuper denunciari  
Jova suo jubet à ministro.  
firma & rata: Almus Te benedicere  
dignetur omni tempore & omnibus  
in rebus, & tandem peracto  
curriculo det in arce sedem.

cui nuptias secum uno die celebranti animitus  
ita precatur

PAULUS Fischer / Scholz patriæ  
p. t. SubConR.

---

**I**n Hauß erbawet wird durch weiser Weiber Rathen /  
Zubrochen wird es gar durch einer Nærrin Thaten.  
Ihr Fleiß die Crone bringt / hergegen Unfleiß das /  
Das Eiter im Gebein des Manns ohn vitterlaß.  
Herr Vetter ich wünsch diß / daß ihr begabt von oben  
Mit einer solchen Cron / die Jederman muß loben /  
Daß ihr in stolzer Ruh vnd Friede mit ihr lebt /  
Ste euch erbaw ein Hauß / darinne Segen schwebt.

GDH



Gotte geb euch alles das/ was Jacob/Rachel/Lea  
Er sonst gegeben hat von seiner Zions Höhe :  
Den Segen Jacobs gut: die Schönheit Rachels mit:  
Der Lea Fruchtbarkeit/ bis gar in Tausend Glied.

Dieses wünschet seines seligen I. Bruders  
Güntheri Sohne aus treuem Better-  
lichem Herzen

Heinrich Dacian Senior/  
Bürger in Arnstadt.

---

*Αγοστής, sive Carminis Genus, cuius literæ Hexametri initiales seu Capitales Sponsi,  
Pentametri verò Sponsæ nomina referunt.*

**A** mens hic verè, qui vellicat, alter Abaddon  
**G** arrulus aut hic est, quæ ordinat ipse DEUS.  
**N** am quæcunque Deus sancivit & instruit, illo  
**E** n nihil in toto sanctius orbe viget.  
**D** edecet ergo bonos, socialis fœdera lecti  
**R** idere, Hæreticus ceu Tatianus, ibi.  
**R** ectè quocirca & bene Lünæburgicus ille  
**T** unc Dux Ernestus dicere sœvit ita:  
**E** xtra Conjugium, Mundi bona singula cœnum,  
**R** es quas vel nobis advehit Indus, Afer.  
**A** t, de Conjugio licito stirps crescit honesta,  
**U** nde extra Thalamum prava venire solet.  
**S** cilicet hoc pacto TATIANUS noster honestiùs  
**D** e Conjugio, quàm Tatianus, agit,  
propterea TATIAN, non Tatianus, is est.

Nicolaus Hermannus Hartmann  
Arnstatensis, primogenitus.

06)0(90 06)0(90

[Pan'ke Bl. 48 verso]

1017













WOM







Wm







Σὺν  
APPLAUSU

qv  
VI

Pietate, virtute &  
Don

A N D  
T A T I

Arnstadiensi, p. t.  
nam Typographicam Vi  
Speclatissimorum, deq; republ.  
huc benè merentium, DNN. JOH  
Fratrum magna fide

S P O  
&  
V I R O

Honestissima reliquisque sex

GERTRUDIS

DINÆ, VIRI integerrimi  
ORGII OTTONIS

Bremensis quondam præf

S P O

Nuptias ipsis Idibus Julij,

CIO IOC

Faustum & felicissimum conjug

Fautores, A

EXCUSI ARNSTADIÆ

*Handwritten:* 1844/8504

